



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De Ecclesiis inter hæredes diuisis. xlii

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

*De lignis dedicatae Ecclesiae, ad quos usus verti debeant. Cap. XXXIX.*

*Ex decr. Ygini p[apae], ca. 3.* **L**igna Ecclesiae dedicatae non debent ad aliud opus profectum in monasterio fratribus, in laicorum operibus debent admitti.

*Quid episcopo agendum sit, si plures haeredes de vna contenderint Ecclesia. Cap. XL.*

*Ex c[on]cil. Tribur. cap. 20.* **S**i plures haeredes contenderint de communi Ecclesia auferri iubeat episcopus reliquias sacras & Ecclesia claudi, donec communi consensu & consilio episcopi tuant ibi presbyteru[m], & vnde viuat.

*De eadem re. Cap. XLI.*

*Ex decr. Gre. p[apae], ca. 5.* **D**E Ecclesiis quae inter cohæredes sunt diuisae conseruandum est, quatenus si secundum prouidentiam admonitionem episcopi ipsi cohæredes eas voluerint tenere, & honorare faciant. Sin autem hoc contradixerint in episcopi potestate maneat, vtrum eas ita consistere permittat, aut reliquias inde auferre velit.

*De Ecclesiis inter haeredes diuisis. Cap. XLII.*

*Ex c[on]cil. Medio-matricis, cap. 1.* **P**erlatum est ad sanctam synodum, quod inter haeredes Ecclesiae in rebus propriis constitutae diuidantur tanta per eandem diuisionem similtas oriatur, vt de altari quatuor partes fiant, & singulae partes, singulis habeant presbyteros, quod sine discordia & similtate modo fieri potest. Vnde nobis visum est, quod huiusmodi Ecclesiae inter haeredes diuidi non debeant, & si in contumaciam venerint, & similtates inter eos surrexerint, quas sacerdos suo ibi officio canonicè fungi non possit, accipiatur ab episcopo ciuitatis vt nullo modo ibi Missae solennia celebrentur, donec illi ad concordiam redeant. pari voto atque c[on]cilio Ecclesia illa sacerdotem canonicum habeat, qui liberè suum ministerium ibi peragere possit.

*Vt singuli presbyteri singulas habeant Ecclesias*

*Caput XLIII.*

*Ex decr. Dionysii p[apae], ca. 4.* **D**E Ecclesiis ergo parochianis, vnde apostolicae sedis consuleri voluisti, qualiter sint custodiendae ac defendendae sacerdotibus, nihil tuae charitati melius nobis videtur intimare, quam vt sequaris, quod nos in Romana Ecclesia nup[er] egisse cognoscitur. Ecclesias verò singulas singulis